UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Mercenarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

miali graui memoriter ſcire ſymbolũ Apoſtolorum, & orationem dominicam, Latina vel vulgari lingua. cap.11. nu.18. §.7. Nou. nu.22.

MERCATOR ET MERCATVRA.

Non tenetur mercator ceſſare ab arte, licèt ei ſit occaſio peccandi. ca.3.num.5.lit.I. Nou. n.

Ille dicitur *exercere mercaturam, qui emit vt vendat abſque mutatione eius*.c.27.n.118.

MERCENARIVS.

IMpedjens iniuſtè mercenarium à laborando tenetur ei reſtituere.cap.17.nu.74.

Qui non ſoluit mercenario diariũ ſuum in ea re quam debet,peccat: & ſi mercenarius, eo quòd non indigeat vendit illud minori pretio,tenetur Dominus pretium conuentum adæquare. num. 107. §. 19. Nou. nu.108.

Suſcipiens mercenarium nullo ſtatuto pretio,tenetur tantùm ſoluere,quanti alium ſimilem conduceret.ibid.

Qui conductus diario non laborat fideliter, ob quod conductor damnificatur notabiliter, tenetur reſtituere damnum ad arbitrium boni viri.nu.197.

Idem eſt, ſi promiſit ſe diario pro altero

labo

laboraturum, & dolo vel culpa id non præſtat.Secùs ſi caſu fortuito impediatur.Quòd ſi paratus eſt ad præſtandum, & culpa conductoris non præſtat, ſoluendum eſt ei diarium. Idem eſt ſi præſtare omiſit ob caſum fortuitum contingentem ex parte conductoris, quando conductus diarium in alio loco,ſi ille non conduxiſſet eum, reperiſſet. cap.17.nu.197.

Regis præfectus publicis operibus, qui minori pretio cogit ſubditos ad importandam materiam, non poteſt efficere, vt idem faciant in gratiam alicuius hominis priuati, nec ſufficit ad id cõſenſus regis,nec quòd talis præfectus id oneri ſuæ conſcientiæ accipiat.cap.17.nu.259.

MERETRIX. Nec quæuis alia mulier etiam religioſa, non tenetur reſtituere ea quæ etiam per blanditias obtinuit ſine fraude ab amico potente donare. Secùs ſi per fraudem,vt fingendo ſe virginem,vel ſolùm fuiſſe cognitam à magnate. cap.17. nu.6. & nu.41.§.7. Imò nec tenetur reſtituere acceptum pro actu turpi. nu.31.& nu.34. dict.4. Peccat tamen accipiendo pro ipſo actu turpi.nu.34.dict.4.& nu.36.§.6. & clariùs.num. 38. Et idem eſt de aliis fœminis. nu.35.§.3. & nu.40.§.4.

Promiſſio facta meretrici de dando pre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN